

THE SARUM RITE
Breviarium Sarisburiense cum nota.

Tome C.
Fasciculus 5.
Pagine {438}-{456}.

Proprium de sanctis.
Festi Aprilis.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMXIV.

The Sarum Rite is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien de Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

The Sarum Rite is distributed over the internet through .pdf files located at: www.sarum-chant.ca

This document first published January 1 2014.
Revised July 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2014.

¶ Sancti Richardi, episcopi et confessoris.

(iij. Aprilis.)

Oratio.

DEus qui ecclésiā tuā méritis
beāti Richárdi confessoris tui
atque pontíficis, fecisti miraculis
choruscáre gloriósis : concéde nos

fámulos tuos ipsíus intercessióne ad
etérne beatitúdinis glóriam perveníre.
Per Dóminum.

Cetera de communi unius confessoris et pontificis, {791}. cum ix. lectionibus de communi, si ante passionem evenerit. Si vero infra passionem contigerit, nichil fiat de festo. Cum autem in octava pasche [forte]¹ contigerit : differatur usque in tertiam feriam sequentem, et fiant ibi tres lectiones cum regimine chori. Et ad secundas vesperas tunc de sancto Ambrosio, fiat solennis memoria de sancto Richardo. Oratio ut supra.

¶ *Sancti Ambrosii episcopi et confessoris
atque doctoris : duplex festum.*

(iv. Aprilis.)

[ix. lectiones fiant.]²

Ad vesperas.

Capitulum. Ecce sacerdos magnus. [791].

Oratio.

DEus qui pópulo tuo etérne
salútis beátum Ambrósium
minístrum concessísti, presta qué-
sumus : ut quem doctórem vite

habúimus in terris, intercessórem
semper habére mereámur in celis. Per
Dóminum nostrum.

¶ *Ubicunque hoc festum evenerit, sub regula festi annunciationis beate Marie celebretur : sicut ibidem prenotatum est. {435}.*

Lectio prima.

[43v.]



Mbrósius Rome natus et
disciplínis liberálibus decén-
ter erúditus : juxta pa-
réntum suórum nobilitátem, ad
regéndum Ligúriam et Emíliam
provincias, consulári dignitáte est
promótus. Eo témpore in urbe
Mediolána mórtuo Auxéntio Ar-
rianórum epíscopo, cum de sub-

stituéndo inter cathólicos et Arriános
orta esset sedítio, Ambrósius adhuc
cathecúminus pro eis sedándis ibi
ádenit : et dum plebem alloquerétur,
súbito vox infántis in pópulo sónuit
Ambrósium epíscopum. Mox omnes
incredíbíliter unánimi consénsu :
Ambrósium sibi dari acclámant
epíscopum.

Lectio ij.

IUssu ergo imperatóris, quamvis
multum renítens, et effúgere
labórans : Ambrósius cápitur, et
baptizátus, octávo die cum summa
letícia cunctórum, epíscopus est ordi-

nátus. Qui statim ómnia que in auro
et argénto habére pótuit : ecclésie vel
paupéribus tríbit. Erat autem
venerábilis epíscopus multe absti-
nénitie ac vigiliárum : quotidiano

jejúnio mácerans corpus. Erátque pro paupéribus et captívus nímium sollicitus : atque in orándo assíduus, et in rebus divínis impléndis fortíssimus. Eo témpore Romam ádiens, quedam paralítica ad eum se

portári fecit : atque oránti et imponénti sibi manus vestiménta áttigit. Que cum oscularétur : statim sanitate recépta ambuláre cepit. Tu autem.

Lectio tertia.

EO témpore cum Justína imperátrix Arrianórum fautrix multas inféret sancto injúrias : quedam ímpudens Arrianórum puélla sacerdoti quem sanctus ordináverat, injúriam íntulit. Cui sanctus eam debere júdícium Dei veréri : ne quid sibi perículi eveníret mónuit. Quod dictum rei éxitus approbávit : quia sequénti die mórtuam ad sepúlchrum dedúxit. Quod factum : metum non levem adversáriis incússit. Cum vero quidam regíne jussu carrum preparásset ut sanctus Dei de ecclésia raptus in eo ad exílium ducerétur, ipso die quo eum se rápere fúerat arbitrátus : ipse carpénto impósitus, ad exílium est destinátus. Tractánte

sancto quadam die verbum Dei in ecclésia, quidam acérrimus Arrianórum sectátor ángelum ad aures sancti epíscopi tractántis vidit loquéntem : quasi qui sibi indicáret quid pópulo renunciáre deberet. Quo viso ad fidem se cathólicam cóntulit : et quam expugnábat deféndere cepit. Duo quoque Arriáni cum sancto Dómini tractánti cuestiónem de incarnatione Dómini proposuissent, et ad eam audiéndam sequénti die se presto affutúros spondidissent : die promísso in ecclésia sancto Dei cum pópulo expectánte, illi contemnentes, in reda quasi grátia gestándi, civitátem sunt egressi. Qui súbito Dei júdicio de reda precipitáti : sic sunt mórtui.

Lectio quarta.

Quidam immúndo spírítu plenus cum ad sanctum virum ducerétur : mox ut ad eum ire cepit, salutí sue est rédditus. Qui apud sanctum aliquándiu commorátus : ab infestatione maligni spírítus perstitit

sanus. Sed cum fúisset revérsus : mox ad eum idem rédiit inímicus. Qui ab exorcístis requisitus : se cum eo ad sanctum Dei timuisse accédere est conféssus. Fama autem sanctitátis ejus et sapiéntie longe latéque vulgáta :

duo potentissimi et sapientissimi Persarum viri ad eum Mediolanum venientes, plurimas secum deferabant sancto Dei proponendas questiones.

Qui cum eo diu per interpretem disputantes : reversi sunt prudentiam ejus valde admirantes.

Lectio quinta.

IN civitate Florentia quodam tempore Ambrósio commorante, cujusdam clarissimi viri filius apud quem idem sanctus hospitabatur, súbita infirmitate correptus : presenti vita est exemptus. Quo mater valde religiosa ac fide plena, allato³ de superiori parte domus ad inferiora descendit : atque eum in lecto sacerdotis ipso absente composuit. Quem cum sacerdos revertens in lecto invenit, fidem matris contemplatus, (Heliseo similis) supra corpus infantis seipsum composuit : atque orando promeruit ut matri viventem redderet, quem mortuum invenit. Quaedam autem Marcomannorum regina, cum

famam sancti a quodam fideli viro audisset, Christo credidit : cujus [44r.] illum servulum recognovit. Quadam vero die cum Ambrósus ad domum Macedonii tunc officiorum magistri pro quodam intercessurus pergeret : ex precepto supradicti viri, fores clausas invenit, nec copiam ingrediendi impetrare potuit. Cui sanctus ait, Et tu ad ecclesiam venies, nec apertis januis quas ingrediaris invenies. Quod quidem sic postea contigit. Inimicos enim Macedonius timens ad ecclesiam confugit : et patentibus januis aditum per quem ingrediatur reperire non potuit.

Lectio sexta.

QUODAM autem tempore cum quadragésimum tertium psalmum Ambrósus tractaret, et exceptor ejus presens adesset : súbito in modum scuti brevis ignis caput ejusdem sancti viri cooperuit, atque per os ipsius paulatim visus est ingredi. Postea vero facies ejus tanquam nix incanduit. Ex quo

quidem Spiritus Sancti in eum advenisse gratiam : qui apostolorum gesta meminit, cognoscere sine dubio poterit. Paschali autem solennitate appropinquante : vir sanctus in infirmitatem corporis incidit. In qua decumbens cum quadam die oraret : vidit Dominum Jesum ad se venientem. Eodem vero tempore quo

ex hac vita erat migráturus ab hora diéi undécima usque ad illam horam qua spíritum emísit, que páululum ante lucem sábbati Pasche fuit : expánsis mánibus in modum crucis orávit.⁴ Honorátus etiam Vercellénsis ecclésiæ sacérdos, cum sancti viri expéctans éxítum in superiori domus parte quiésceret : tértio vocem se vocántis audívit ac dicéntis, Surge, festína : quia modo est recessúrus. Qui descéndens : Domínici Córporis et Sánguinis sacraméta viro sancto

óbtulit. Quibus sumptis últimum spíritum emísit. Quo die cum corpus ejus in ecclésiá pósito esset, et baptizáti infántes a fonte redírent : áliqui eum se vidére sedéntem in tribunáli dicébant. Alii vero ascendéntem suis paréntibus dígito ostendébant : plúrimi quoque stellam supra corpus ejus se vidísse narrábant. Corpus ergo ejus die Pasche in basílica Ambrosiána est pósito : ánima vero cum Christo exúltat in regióne vivéntium.

¶ *Secundum Mattheum v. [13–19]. Lectio vij.*

Matt. 5.



IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis, Vos estis sal terre. Quod si sal evanúerit : in quo Salietúr ? Et réliqua.

Omelia excerpta de diversis tractatibus.

Redíxerat Dóminus discípulos suos pro sui nóminis confessióne persecutióne passúros : et ut eos consolarétur subjúnxit dicens, Vos estis sal terre. Ac si díceret, Illi persequéntur : sed vos nolíte timére, quia sal terre vos éritis. Per sal autem celéstis sapiéntia designátur. Sal enim per aquam et ardórem solis et flatum

venti : ex áltera natúra commutátur in álteram. Sic et apóstoli et apostólici viri per aquam baptismátis, et ardórem fidei, et flatum, id est donum Spíritus Sancti : ex terréna generatióne in spirituálem sunt commutáti. Salis autem natúra hec est. Humóres exsiccát, fetórem aufert : vermes procreáre non sinit. Ita et celéstis sapiéntia : carnálium delectatiónum humóres exsiccát, male conversatiónis fetórem aufert, libidinóse cogitatiónis vermes procreáre non sinit : et illum vermem extínguit : de quo Esáias ait, Vermis eórum non moriétur, et ignis eórum non extinguetúr. Tu autem.

Lectio octava.

IN Véteri testaménto nullum sacrificium Deo offerebátur : nisi prius sale condirétur. Quia vidélicet nullus potest seípsum laudábile sacrificium Deo offerre : absque sapóre celéstis sapiéntie. Unde Paulus dicit, Sermo vester in grátia Dei sit sale cónditus. In libro autem Regum légitur, quia aque Hiérico cum essent amáre et stériles, rogátus Helíseus ut eas sanáret, jussit vas sibi afférri et misit in illud sal : et prójecit ad éxitus aquárum, et sanáte sunt aque. In hoc loco sal intelligitur Christi divínitas :

vas vero ejus humánitas. Sal missum in vas fuit cum Verbum caro factum est, et habitávit in nobis. Postquam autem vas ad éxitus aquárum prójectum est, sanáte sunt aque : quia postquam Christus sue passiónis mystérium perfécit, sanáte sunt gentes. Si inquit, sal evanúerit : in quo saliétur ? Id est, Si vos quos ad hoc elégi ut sal terre sitis erravéritis : álii non erunt per quos mundus celéstis sapiéntie gustum percípiat. Tu autem.

[44v.]

Lectio nona.

VOs (inquit Dóminus) lux estis mundi. Gentílium corda insípida et obsúra, sicut celéstis sapiéntie indigébant gustu : ita et vere fidei lúmíne. Apóstoli autem recte lux mundi sunt dicti : quia sicut sol mittit rádios ad fugándas ténebras noctis, ita et Dóminus apóstolos diréxit, ad fugándas ténebras infidelitátis. Unde álibi dicit, Nonne duódecim hore sunt diéi ? Ubi seípsum diem : Apóstolus autem horas appellat. Per mundum autem in quem apóstoli missi sunt : hómínes mundum inhabitántes intelligere debémus. Non potest inquit abscondi

cívitas supra montem pósita. Ac si dicat, Non possunt abscondi vestra ópera qui sal terre et lux mundi, et cívitas supra montem pósita estis : sed quicquid fecéritis ómnibus manifestum erit. Sic (inquit) lúceat lux vestra coram homínibus. Quasi dicat, Sicut nemo lucérnam accéndit et eam sub módio ponit, ita et ego vos predicatóres meos non ídeo elégi, neque ídeo Sancti Spíritus grátia accéndi, ut lucem sancte predicatiónis occultétis : sed ut ómnibus manifestétis, ut ad fidem convérsi credant et gloríficent Patrem vestrum qui in celis est. Tu autem.

Sancti Tyburcii et Valeriani martyrum.

R̄. capitula, et cetera de communi unius confessoris et pontificis. [791].

Ad secundas vesperas dicatur R̄. Sancte N. Christi confessor. In communi. [811].

Quando vero post pascha hoc festum contigerit, fiant tres lectiones de propria legenda sancti Ambrosii.

Ad [ij.]⁵ vesperas in tempore paschali R̄. Filie Hierúsalem. In communi. [632].

Cetera omnia de communi unius confessoris et pontificis paschalis temporis. [632].

¶ *Sanctorum Tyburcii et Valeriani,⁶ martyrum.*

(xiv. Aprilis.)

Sine regimine chori.

Oratio.

¶ **R**esta quésumus omnipotens
Deus, ut qui sanctorum márt-
tyrum tuorum Tybúrcii, Valeriáni, et⁷

Máximi solénnia cólimus : eórum
étiam virtútes imitémur. Per
[Dóminum].⁸

¶ *Et notandum est quod omnia festa iij. lectionum sine regimine chori ab octavis pasche usque ad octavas penthecostes : habent invitatorium duplex.*

Similiter omnia talia festa que contingunt infra ebdomadam Sancte Trinitatis et infra octavas Corporis Christi contingentia : habent invitatorium duplex.

Lectio prima.

Valeriánus atque Tybúrcius
frater ejus cum per pre-
dicatióem beáte Cecílie
credidissent in Dóminum, et a sancto
papa Urbáno baptizáti fuissent, et hoc
ad noticiam Almáchii prefécti per-
venisset : jussi sunt ambo fratres si
sacrificáre nollent, páriter capitálem
subíre senténtiam. Tunc gloriósi
mártýres tenti a Máximo corniculá-
rio ducebántur ad locum passiónis. Qui

Máximus : cepit flere super eos
dicens, O juvéntus flos purpúreus,
quam ímpia diffinitióe presentem
vitam voléntes amittere : quasi ad
épulas festinátis ? Tybúrcius dixit,
Nisi scirémus pro certo álteram vitam
perpétuam esse : nunquam nos istam
amittere gauderémus. Dixit ei
Máximus, Si possem certum apud me
habére quod lóqueris : optárem et ego
istam vitam contémnere.

Lectio secunda.

Valeriánus dixit ad Máximum,
¶ Quia dicis nichil tibi superesse
nisi ut probes vera esse que díximus,
in hora qua nos fáciat Dóminus istam

cóporis tunicam depónere, apériet
óculos tuos et fáciat te vidére cum
quanta glória illa vita suscipitur. Cum
ergo impetrásset a carnificibus unius

diéi indúcias : duxit eos in domum suam. Ad quorum predicationem et ipse Máximus cum omni domo sua : et ipsi carnífices credidérunt. Tunc sancta Cecília venit ad eos nocte cum sacerdotibus : et univérsi baptizáti sunt. Igitur cum auróra finem nocti daret : Cecília dixit, Eya mílites Christi abjícite ópera tenebrárum, et

induímuni arma lucis. Cum venissent ergo sancti ad locum ubi jussi sunt immoláre : offerúntur eis thura et recúsant, recusántes ponunt genu, feriúntur gládio, projiciunt corpus temporále, et martýrium suscípiunt sempitérnum. Tu autem [Dómine miserére nostri].⁹

Lectio tertia.

[45r.] **M**Aximus autem jurádo asserébat, dicens, Vidi ángelos Dei fulgéntes sicut sol in hora qua verberáti sunt sancti gládio : et egredientes ánimas eórum de corpóribus quasi vírgines de thálamo, quas in grémio suo suscipiéntes ángeli, remígio alárum suárum ferébant ad celos. Ista cum láchrymis narránte Máximo : Plúrimi credidérunt et ab ydólis convérsi, suo se Creatóri reddidérunt. Igitur cum pervenisset ad Almáchium quod

Máximus corniculáriu cum suis ómnibus factus fuisset Christiánus : jussit eum tándiu plumbátis tundi quándiu spíritum rédderet. Quem sancta Cecília juxta collégas suos mártýres Tybúrcium et Valeriánum quos ipsa sepelierat : in novo sarcóphago sepelivit, et jussit ut in ipso sarcóphago sculperétur fenix, ad indícium fidei ejus qui resurrectúrum se fénicis credídít exémplo. Tu autem Dómine miserére nostri.

Cetera [omnia]¹⁰ de communi plurimorum martyrum paschalis temporis. [739].

¶ Sancti Alphegi, episcopi¹¹ et martyris.

(xix. Aprilis.)

iiij. lectiones de communi sine regimine chori.

Oratio.

DEus qui beátum Alpegum
confessórem¹² tuum sacerdótii
dignitáte et palma martýrii decorásti :
concede propícuis, ita nos apud te

ejus intercessiónibus adjuvári : ut cum
eo póssimus in etérna felicitáte letári.
Per Dóminum.

*Cetera [omnia]¹³ de communi unius martyris et pontificis paschalis temporis [632] :
cum capitulis et lectionibus unius martyris et pontificis alterius temporis. [729].*



¶ Sancti Georgii, martyris.

(xxiij. Aprilis.)

iiij. lectiones [fiant]¹⁴ cum regimine chori.

Oratio.

DEus qui nos beati Geórgii mártiris tui méritis et intercessióne letíficas : concéde propícuis,

ut qui ejus¹⁵ beneficia póscimus, dono tue grátie consequámur. Per [Dóminum].¹⁶

Lectio j.

Sanctus et verus Dei cultor Geórgius Capadócie regiónis oriúndus : cum víderet apud ímpium Daciánum pópulos multos Christum Dóminum blasphemántes et demónes adorántes : crucis vexillo armátus, Sanctóque Spíritu replétus, in vocem hujúsmodi prorúpit,¹⁷ Omnes dii géntium demónia : Dóminus autem celos fecit. Cecávit enim dyábolus óculos diffidéntium, ut non agnóscant Factórem suum

Christum. Hoc audíto : Daciánus intra semetípsum cepit frémere, et dixit ei, Qua temeritátis audácia ista proséqueris, ut non solum nobis injúriam írroges : verumétiam deos nostros demónes esse affirmes ? Fatére tamen ex qua província huc advenísti : vel quo nómine vocitéris. Sanctus Geórgius dixit, Christiánus et Dei servus sum, Geórgius núncupor : género Capadócus, pátrie mee comitátum gerens. Elégi vero temporáli

cáre dignitate : et immortalis Dei

império deservire.

Lectio ij.

Daciánus dixit, Erras, Geórgi :
 accéde et ímmola deo Apóllini.
 Beátus Geórgius respóndit, Dómino¹⁸
 Jesu Christo exhíbeo cultúram Regi
 ómnium seculórum : non Apóllini
 auctóri demoniórum. Daciánus ira
 replétus, jussit sanctum Geórgium in
 equúleo levári, et exténsum mem-
 brátim úngulis lacerári : deinde
 latéribus ejus lampádes applicári. Post
 hec jussit eum depóni, et extra
 civitátem éjici, et ad vérbera exténde :
 et diversis plagis cruciári. Salem vero
 in vúlnera aspérge : et cilício plagas

ejus fricári. Videns Daciánus quod
 martyr sanctus his penis non posset
 superári : jussit eum in ima cárceris
 trudi. Deinde edúctum de cárcere
 fecit sibi presentári, jussítque
 ministris ut rotam éneam afférrent, et
 gládios bisacútos in ea infigerent :
 atque mártýrem super eam
 imponétes ex alto dimítterent.
 Beátus ergo Geórgius pósitus est in
 rota. Et dum revolverétur, statim
 comminúta est : et sanctus Dei
 permánsit illésus. Tu autem.

Lectio iij.

Tunc irátus Daciánus jussit
 sartáginem éneam plumbo
 repléri : et ebulliénte¹⁹ plumbo
 Geórgium immítte.²⁰ Geórgius autem
 facto coram se signo crucis, in
 sartáginé quasi dórmiens repausávit :
 donec plumbi fervor nutu divíno
 refrigerávit. Tunc blandiménto
 diabólico plenus Daciánus : fecit ad se
 veníre beátum mártýrem, et dixit,
 Exhórtor ítaque te ut filium meum
 unigénitum, Geórgi : ut amóta
 Christianitátis superstitióne : ad deos
 omnipotétes convertáris. Martyr
 vero sanctus súbridens ait, Acsi contra

fas, mens supérnis voluptátibus
 deténta cogátur velle quod non vult :
 tamen nos opórtet immoláre Deo
 immortalí : et que cupis incunctánte
 volo explére. Sperans ítaque Daciánus
 quod ejus assértio in hoc vera fúerit :
 prósilít festínus volens pre gáudio
 osculári beátum mártýrem. Non pól-
 luas (inquit Geórgius) caput meum :
 ántequam diis exhibeámus cultúram.
 Cumque ad aram deórum accéderet,
 et Apóllinem aspíceret : flexis génibus
 in terram, Christum orábat dicens,
 Rogo te Deus omnípotens : ut sicut
 cera liquéscit a fácie ignis : ita he

[45v.]

ymágines modo liquéscant, ut omnes te cognóscant verum Deum, et quem misisti Jesum Christum. His dictis, ignis descéndit de celo : et templum cum diis et sacerdotibus súbito combússit. Tunc Daciánus ira commótus : tráhere precépit sanctum mártýrem ut homicídám et reum per vicos plateárum. Cunque traherétur ad locum supplicii : flexis génibus

grátias egit Deo, et sic capitálem pértulit pro Christo senténtiam. Dóminus vero omnipotens in hora qua passus est beátus martyr, ariditátem terre pluviárum nimbis affluénter inebriávit. Daciánum vero cum suis minístris ad palátium properántem repentiní túrbinum ignes circundedérunt : et páriter uno moménto conflagravérunt.

Cetera de communi unius martyris paschalis temporis. [632].

Si hoc festum in octava pasche contigerit : differatur in crastinum : et ad secundas vesperas de dominica fiat solennis memoria de festo. Similiter fiat tunc ad j. vesperas de sancto Marco.

¶ Sancti Marci evangeliste.

(xxv. Aprilis.)

iiij. lectiones : duplex festum.

Ad utrasque vespervas et ad matutinas, et ad tertiam [dicatur hoc].²¹ Capitulum.

(Ephes. iv. [7.])

UNicuíque nostrum²² data est
grátia secúndum mensúram
donatiónis Christi : propter quod

dicit scriptúra²³ : ascéndens Christus
in altum captívam duxit captivitátem :
dedit dona homínibus.

Oratio.



DEus qui beátum
Marcum evange-
lístam tuum evangélice
predicatiónis grátia

sublimásti : tríbue quésumus, ejus nos
semper et eruditióne proficere, et
oratióne deféndi. Per [Dóminum].²⁴

¶ *Ad matutinas tres psalmi dicantur de apostolis, secundum ordinem nocturnorum.*

Lectio j.

BEátus Marcus evangelísta²⁵
ab Egýpti pártibus Alex-
ándriam proficiscens, mox
ut ingrédus est civitátem : cal-
ciaméntum ejus dirúptum est. Hoc
ille intélligens ait, Vere iter meum
expeditum est. Trádidit autem
calciaméntum suum cuidam sutóri.
Qui dum emendáre cepisset
calciaméntum : fórtiter vulnerávit

manum suam, et exclamávit, Unus
Deus. Beátus ergo Marcus gaudens
éxpuit in terram, lutóque facto : unxit
manum viri dicens, In nómine Jesu
Christi Fílii Dei vivi sanétur manus
tua. Et statim sanáta manus ejus.
Póstea vero sutor ille baptizátus est
cum tota domo sua : docénte beáto
Marco. Vocabátur autem homo ille
Aniánus.

Lectio ij.

UNque cives illi multa signa
caudírent eum fácere, et omnes

ad veram Christi fidem convértere :
fremébant et apprehéndere eum

querébant, ponéntes ei plúrimas insídias. Beátus autem Marcus agnóscens eórum insídias : Aníanum íbidem ordinávit episcopum, et tres presbýteros et septem diáconos, et Penthápolin pergit. Commoratúsque íbidem duóbus annis ordinávit episcopos ac cléricos : et íterum Alexándriam venit. Cunque géntiles cognovíssent beátum Marcum íbidem

advenísse, et multa mirácula fecísse : querébant eum apprehéndere dicéntes, Magna virtus est hujus magi. Cunque perseverárent queréntes, in ipsa Domínica die Pascháli solennitáte, invenérunt eum missam celebrántem : mittentésque funem in collo ejus, trahébant eum dicéntes, Dúcite bubálum ad loca bubáli.

Lectio iij.

¶ Anctus autem Marcus cum traherétur, grátias egit Deo : quia dignus hábitus est hec pro nómine ejus pati. Erant autem carnes ejus defluéntes in terram : et saxa inficiebántur ságuine ejus. Cunque Dei fámulus in cárceris obscuritáte truderétur : circa médiam noctem venit ad eum ángelus Dómini dicens, Marce fámule Dei, ecce nomen tuum in libro vite ascriptum est : et [46r.] memoriále tuum non derelinquétur in sécula. Beátus autem Marcus grátias agens Deo, quod per ángelum suum consolátus est eum : dixit, Dómine Jesu Christe obsécro te súscipe spíritum meum : et ne patiáris me

lóngius a te separári. Hoc cum dixisset : venit ad eum Dóminus Jesus Christus in hábitu quo fuit cum discípulis suis ántequam paterétur, et ait illi, Pax tibi Marce dilécte meus. Mane autem facto : misérunt funem persecutóres circa collum ejus, et trahébant eum dicéntes, Tráhite bubálum ad loca bubáli. Ille autem cum traherétur : grátias egit Deo dicens, In manus tuas Dómine : comméndo spíritum meum. Et hec dicens sanctus Marcus, cum palma martýrii emísit spíritum, perrexítque ad Christum : qui vivit et gloriátur in sécula seculórum amen. Tu autem [Dómine miserére nostri].²⁶

Cetera de communi unius evangeliste Paschalis temporis. [616].

¶ *Ad iij.*

Capitulum. Unicuique nostrum. {451}.

¶ *Ad vj.*

Capitulum. (Ephes. iv. [10.]

¶ Qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes celos, ut adimpleret ómnia.

¶ *Ad nonam.*

Capitulum. (Ephes. iv. [11.]

¶ E T ipse dedit quosdam quidem apóstolos, quosdam autem pro- phétas, álios autem ²⁷ evangelístas,	álios autem pastóres et doctóres : usque ad consummationem sanctórum.
--	---

Ad secundas vespervas.

Ant. Sancti tui Dómine. in communi. [623].

Ps. Dixit Dóminus. (cix.) [366]. et ceteri psalmi de apostolis.

Capitulum. Unicuíque nostrum. ut supra. {451}.

R̄. Cándidi facti sunt. in communi. [616].

Oratio ut supra. {451}.

¶ *Si hoc festum infra ebdomadam pasche contigerit : differatur usque post octavas pasche, et ubi convenientius possit celebrari celebretur,²⁸ et ubi possit utrasque habere vespervas [et sic fiet de omnibus duplicibus festis ipsis temporibus contingentibus].²⁹ De jejunio vero tunc nec de processione que solet fieri eo die : nichil fiat nec post nec ante in illo anno : nec etiam si hoc festum in aliqua dominica post octavas pasche evenerit, sed tunc festum non differatur : immo fiat totum servitium de festo : et solennis memoria de dominica : et postea de resurrectione, et processio ante crucem ad vespervas in sabbato more solito, tamen de jejunio et de processione que solet fieri post missam de sancto Marco nichil fiat eo anno.*

Quavis [autem]³⁰ alia feria post octavas pasche hoc festum contigerit : fiat jejunium et processio more solito.

¶ *Sancti Vitalis, martyr.*

(xxviiij. Aprilis.)

iiij. lectiones fiant cum regimine chori.


Oratio.

¶ **R**esta quésumus omnipotens
Deus : ut intercedente beato
Vitále mártire tuo et a cunctis

adversitatibus muniámur in córpore,
et a pravis cogitatióibus mundémur
in mente. Per Dóminum nostrum.

¶ *Ad matutinas.*

Lectio prima.

 Anctus Vitális consularis,
pater sanctorum Gervásii et
Prothásii : cum Paulíno
júdice suo Ravénnam ingressus est.
Cóntigit autem ibi quendam
Christiánum nómine Ursicínus arte
médicum : post nímia torménta
capitálem accepisse senténtiam. Qui
dum ad decollándum ductus esset :
expávit. Et dum vellet male evádere :
exclamávit Vitális dicens, Noli noli
Ursicíne médice qui álios curáre

consuevísti : temetípsum etérne
mortis jáculo vulneráre. Et qui per
passiões níbias venísti ad palmam :
ne perdas corónam tibi a Dómino
preparátam. Audiens ergo hec
Ursicínus genu pósuit : et
spiculatórem ut feríret hortátus est,
agens peniténtiam quod expavisset.
Statímque Vitális corpus mártiris
rápuit : et intra Ravennénsium urbem
cum honóre máximo sepelívit. Tu
autem Dómine.

Lectio ij.

¶ **P**ost hec autem Vitális ad
júdicem suum ultra ire nóluit :
quem Paulínus consularis ídeo tenéri
mandávit, non tantum quia ad eum
redíre contémpsit, quantum quod ita
Christiánus esse detéctus est : ut
étiam voléntem sacrificáre, ad
corónam martýrii revocáre ita ístitit

ne paréret, et gemmam preciósam
quam rápere dyábolus conabátur, Deo
rédderet. Paulínus ígitur jussit eum
levári in equúleum : ut per torménta
potúisset ejus consénsu inclináre ad
sacrificándum. Cui Vitális ait, Infínita
dominátur tibi stultítia, ut putes
meípsum decípere : qui álios a

perículo deceptiōnis stúdui liberáre.

Lectio ij.

[46v.] **P**Aulínus ergo consuláris dixit ad
officiárium ³¹ suum, Dúcite
Vitálem ad palmam. Et si sacrificáre
contémpserit : nolíte eum decolláre,
sed fóveam in terra fácite quoúsque
perveniátis ad aquam, et ibi eum
súpinum depónite : et terra atque
lapídibus obruéntes dimíttite. Quod
cum fuisset implétum : Deus sibi
beátum Vitálem mártýrem con-
secrávit. Sacérdos autem Apóllinis,
qui hoc consílium déderat Paulíno,

arréptus a dyábolo : per septem dies
energúminus ibi clamábat, ubi
obrútus est sanctus Vitális, Incéndis
me : martyr Christi crúcias me. Post
septem dies precipitátus in flúmine a
dyábolo, expirávit. Sanctus autem
Vitális gloriósus Christi martyr
requiéscit in civitáte Ravennénsium :
prestans oratióibus suis beneficia
ómibus credéntibus usque in
preséntem diem.

Cetera de communi unius martyris temporis paschalis. [632].

¶ *Depositio sancti Erkenwaldi, episcopi et
confessoris, sinodalis Londoniensis.*

(xxx. Aprilis.)

*Tres lectiones cum regimine chori, cum oratione et lectionibus de proprietate quas
require post translationem ejusdem in Novembri [die xiv.]³² ante festum sancti Machuti.*

{1677.}

Notes, pages {438}-{456}.

- ¹ 1519-S:66v.
- ² 1519-S:66v.
- ³ 'ablato' *Legenda MS.* [SB:251.]
- ⁴ 'honorauit.' *Leg.* 1518. [SB:253.]
- ⁵ 1519-S:66v.
- ⁶ 'Tibúrcii Valeriáni et Máximi' 1519-S:66v.
- ⁷ 'atque' 1519-S:66v.
- ⁸ 1519-S:66v.
- ⁹ SB-S:257.
- ¹⁰ 1519-S:66v.
- ¹¹ 'archiepiscopi' *Legend.* 1518. [SB:257.]
- ¹² 'pontíficem' 1519-S:66v.
- ¹³ 1519-S:66v.
- ¹⁴ 1519-S:66v.
- ¹⁵ 'ut cujus' 1519-S:66v.
- ¹⁶ 1519-S:67r.
- ¹⁷ 'erupit' *Leg.* 1518. [SB:258.]
- ¹⁸ 'Dñe' *Leg.* 1518. [SB:259.]
- ¹⁹ 'ebuliénte' *Chevallon.* [SB:259.]
- ²⁰ 'immittere' *Leg.* 1518. [SB:259.]
- ²¹ 1519-S:67r.
- ²² 'vestrum' 1519-S:67r.
- ²³ 1519-S:67r. omits 'scriptúra'.
- ²⁴ 1519-S:67r.
- ²⁵ The incipit in 1519-S:67r. is 'Beátus evangelísta Marcus.'
- ²⁶ SB-S:263.
- ²⁷ 'vero' 1519-S:67r.
- ²⁸ '*in proximam feriam vacantem nisi potest habere utrasque vespas.*' 1519-S:67r.
- ²⁹ 1519-S:67r.
- ³⁰ 1519-S:67r.
- ³¹ 'officium' *Chevallon. cum Brev. MS. Pet.* 'officiárium' *Leg.* 1518. [SB:266.]
- ³² SB:266.